

162



DECRETA  
SACRÆ CONGREG.  
CONCILII.

S. D. N. VRBANI PAPAE VIII.  
IVSSV EDITA.

*De Regularibus Apostatis, & Eiectis.*



VALLIS-OLETI.

*Ex Officina Ioannis Baptiste Varesij, 1627.*

2  
977

WILSON



R. 120108



DECRETA SAN-  
CTAE CONGREGATIONIS  
Concilij, de Regularibus Apo-  
statis, & Electis.



ACRA Congregatio Cardinalium Concilij  
Trident. Interpretum, Regularium electo-  
rum, & fugitivorum statui consulere, illo-  
rumque scandala summouere, & succrescen-  
tem numerum frangere operæ pretium exi-  
stimans, auditis Religionum Superioribus, reque diligen-  
tissimè ~~per~~penſa, communicato etiam consilio cum S.  
D. N. V R B A N O V I I I. atque ex peculiari Sanctitatis  
suæ facultate, infra scripta decreta edidit.

Ac primò, vt infecta semina, è quibus prauis eiusmodi  
fructus potissimùm prodeunt, deinceps ne serantur in vi-  
nea Domini, censuit esse innouandas, & Sanctissimi au-  
thoritate innouat Constitutiones, & Decreta generalia  
san. me. Clementis viij. ad Regularium reformationem,  
ac Nouitiorum receptionem, professionem, atque insti-  
tutionem spectantia, districteque præcipit Generalibus,  
atque alijs omnibus Ordinum Superioribus, vt illa exa-  
ctè obseruent, atq; vt obseruentur, efficiant, sub pœnis sta-  
tutis in iisdem Constitutionibus. A quibus tamen exci-  
pien-

421  
piendum censuit, caput illud, quo decernitur, ne in Con-  
uentibus, seu Monasterijs ad Nouitios recipiendos hactenus designatis, & approbatis, seu imposterum designan-  
dis, & approbandis Nouitij ad habitum vllatenus recipi  
possint, nisi prius à Congregatione Reformationis Apo-  
stolicæ, vcl a proprijs locorum Ordinarijs expressè, & no-  
minatim approbati fuerint. A cuius quidem decreti ob-  
seruatione sacra Congregatio iustis de causis censuit Re-  
gulares esse absoluedos, prout, auctoritate Sanctissimi  
Domini Nostri, absoluit, atque exemit.

Deinde, vt apostatandi opportunitas Regularibus præ-  
ripiatur, statuit, vt de cætero nullus permittatur ad arctio-  
rem Religionem transire, nisi prius Superiori legitimè  
constiterit, eam Religionem paratam esse illum recipere,  
qui licentiam petit, tumque regularis rectè se transferat  
ad arctiorem. Quod vt re ipsa adimpleatur, idem Super-  
ior omni studio, ac diligentia inuigilet.

Rursus statuit, vt fugitiui, & Apostatæ, siue habitum re-  
gularem deferant, siue non, possint, ac debeant ab Episcopo  
loci, vbi moram trahunt, in carceres conijci, ac Super-  
ioribus Regularibus consignari, secundùm regularia in-  
stituta puniendi, vtque ipsi quoque Superiores tenean-  
tur eos perquirere, ad religionem reducere, atque effice-  
re, vt apprehendantur; salua tamen in omnibus facultate  
Ordinarijs locorum attributa. *Decreto Concil. cap. 3. sess. 6.*  
Quod si Apostatæ huiusmodi citra mōtes intra quatuor,  
vltra montes verò infra octo menses à presentis Decreti  
publicatione inchoandos, sua sponte ad suam quisque  
Religionem redierit, tum pœnarum omnium ipsis prop-  
ter Apostasiam infligendarum, aut infligendarum remissio-  
nem, atque impunitatem assequantur. Ita tamen vt de-  
beant à Superiore absolutionem humiliter petere, &  
coram



165

eoram eo culpam fateri, atque emendationem polliceri: Superior verò è contra benignè illos teneatur excipere, ab huiusmodi pœnis absoluerè, & paterna charitate complecti.

Ad hæc, vt in posterum è Religionibus nullus legitime professus eijci possit, nisi sit verè incorrigibilis; verè autem incorrigibilis minimè censeatur, nisi non solùm concurrant ea omnia, quæ ad hoc ex iuris communis dispositione requiruntur, sublatis hæc in parte Statutis, & Constitutionibus cuiusque Religionis, & Ordinis, etiam à Sede Apostolica approbatis, & confirmatis: verùm etiam vnus anni spatio in ieiunio, & pœnitentia probeatur in carceribus, proindeque vnaquæque Religio priuatos habeat carceres in qualibet saltem Prouincia: Elapso autem anno, si nihilominus non resipuerit, sed animo indurato in sua peruicacia perseuerauerit, ne contagione pestifera plurimos perdat, tanquam pecus morbida, ac membrum putre eijci tandem possit, sed ab ipso met Generali tantùm de consilio, & assensu sex Patrum ex grauioribus Religionis eligendis in singulis Capitulis, vel Congregationibus generalibus: tumque non nisi instructo secundum eorum stylum, & Constitutiones processu, & plenè probatis causis expulsionis ad factorum Canonum præscriptum. Interea tamen vsque ad primum generale Capitulum, seu Congregationem proximè celebrandam, si quempiam ex iuris, & necessarijs causis expellere oportebit, eicctio fieri possit à Generali cum consilio, & assensu sex Patrum, vt supra, quos idem met Generalis eligere debeat infra quatuor menses à præsentis Decreti publicatione; seruata tamen in reliquis forma superioribus præscripta. Sic verò eiccti quandiu non redierint ad Religionem, in habitu clericali incedant, atque Ordini

201  
narij loci iurisdictioni, & obedientiæ subsint, proindeq;  
Generalis illicò expulsionis sententiam eidem Ordina-  
rio notificare teneatur. Cæterùm sacra Congregatio Re-  
ligionum Superiores seriò admonet, ac per I E S V Christi  
viscera obtellatur, vt, memores paternæ charitatis, & m̃a  
suetudinis, quam profitentur, nihil intentatum relin-  
quant, vt lucrentur animas fratrum suorum ferè in pro-  
fundum malorum delapsas, antequam grauissimum, at-  
que extremum expulsionis remediũ experiantur. Idque  
eò magis, quod subditorum sanguinem, qui ex malo ne-  
gligentium, & sui officij immemorum Prælatorum re-  
gimine peribunt, Dominus noster I E S V S Christus in su-  
premo Dei iudicio de eorumdem Prælatorum manibus  
sibi requisiturus.

Decretum hoc iam moderatum est à sanctissimo Do-  
mino nostro Papa Urbano Octauo, quantum ad duos:  
nam primò concessit Sanctissimus Pater Reuerendissi-  
mo Patri nostro Ministro Generali, vt possit in quacum-  
que Prouincia designare sex Patres (& de facto Reueren-  
dissimus Pater noster Frater Bernardinus de Sena de-  
signauit sex Patres cuiuscumque Diffinitorij Prouincia-  
lis) ad examinandas causas, & proferendam sententiam  
expulsionis contra incorrigibiles. Secundò concessit, vt  
possi Reuerendissimus Pater noster Minister Generalis  
in sua absentia destinare aliquem Patrem Commissariũ  
ad prædictã causam expulsionis peragendam, & vtrum-  
que vsque ad futurum generale Capitulum proximè ce-  
lebrandum, extant enim sub custodia Reuerendissimi  
huiusmodi Bullæ.

Præterea statuit, vt iidem Superiores nemini ex Reli-  
giosis expulsis litteras testimoniales concedant, illos ad  
Sedem Apostolicam reijcientes, vel iubentes aliam in-  
gredi Religionem.

Item,



Item, vt eieci extra Religionem degentes sint perpetuò suspensi ab exercitio Ordinum, sublata Ordinarijs locorum facultate dictam suspensionem relaxandi, aut moderandi.

Ac postremò censuit esse innouandam, & suæ Beatitudinis autoritate innouat *Constitutionem fel. rec. Gregorij Noni*, relata in *cap. fin. extra de regul. ac præterea declarat, eam Constitutionem in ijs quoque vendicare sibi locum, seruandamque esse, qui iustè, diffinitiuèque, ac iuris ordine seruato expulsi fuerint; dummodo tamen in expulsis huiusmodi subsit spes euidentis emendationis ex litteris saltem testimonialibus Ordinarij, cuius conscientiam in his litteris concedendis sacra Congregatio seriò onerauit.*

Ne qua verò difficultas in suprascriptis decretis, & ordinationibus exequendis suboriatur, sacra Congregatio, sanctissimo Domino nostro annuente, atque approbante, vniuersis Generalibus, Prouincialibus, Commissarijs, Ministris, Præsidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Guardianis, Vicarijs, & quibuscumque alijs Superioribus quorumcumq; Ordinum, vel Congregationum, Monasteriorum, Conuentuum, Collegiorum, Domorum, ac locorum Regularium vbique locorum existentium iniungit, serioq; mandat, vt illa diligenter obseruent, atque obseruari procurent in omnibus Cœnobijs, ac Monasterijs, Collegijs, ac Domibus quorumcumq; Monachorum, ac Regularium vbique locorum existentibus, efficiantque, vt tam Decreta supradicta felic. rec. Clementis VIII. quàm presentes Ordinationes in singulis eiusmodi locis bis saltem in anno legantur in publica mensa.

Si quis verò ipsorum aduersus ea, quæ superius præscripta

cripta sunt, vel eorum aliquid quoquo modo facere, vel  
moliti præsumperit, ipso facto pœnam incurrat priua-  
tionis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocisq;  
actiua, & passiva, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa im-  
posterum obtinenda, pœnaq; huiusmodi sit Sanctitati suæ,  
ac Sedi Apostolicæ reservata, iisdem Superioribus, etiam  
Generalibus, & Protectoribus illam moderandi, seu re-  
laxandi potestate penitus interdicta, & nihilominus sit  
irritum, & inane quicquid secùs à quoquam actum exti-  
terit. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordina-  
tionibus Apostolicis in fauorem quarumcunque persona-  
rum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quàm non  
Mendicantium, Congregationum, Monasteriorũ, Con-  
uentuum, Domorum, ac locorũ Regularium quorum-  
cumque, necnon illorum etiam iuramento, confirmatio-  
ne Apostolica, vel quauis firmitate aliâ roboratis statu-  
tis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exep-  
tionibus quoque, indulgijs, & priuilegijs, etiam in corpo-  
re iuris clausis, aut ex causa, vel titulo oneroso, vel in limi-  
ne foundationis concessis, etiam Mari Magno, seu Bulla  
aurea, aut aliàs nuncupatis, sub quibuscunq; tenoribus,  
& formis, & cum quibusuis etiam derogatorijs deroga-  
torijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis clausulis, nec-  
non irritantibus decretis, etiam Motu proprio, & ex cer-  
ta scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut  
aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis,  
seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis,  
& innouatis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione  
de illis, eorumq; totis tenoribus, & formis specialis, &  
indiuiaua, ac de verbo ad verbum, non autem per clau-  
sulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis  
alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma  
seruan-

seruanda esset; tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quibus quo ad ea, quæ supradictis quomodolibet aduersantur, illis aliàs in suo robore permansuris, specialiter, & expressè, Sanctitatis suæ autoritate, derogat, cæterisque contrarijs quibuscunque. Dat. Romæ die 21. Septembris, 1624.

C. Card. de Torres.

Locus ✕ sigilli.

*Prosper Fagnanus S.  
Congr. Secr.*

DECRETA PRO REFORMATIONE Regularium, tam Monachorum, quam Mendicantiũ, cuiuscunque Ordinis, & Instituti.

CLEMENS PAPA VIII.



N VLLVS omninò prætextu cuiuscunque priuilegij, vel superioritatis, etiam Generalatus, a seruitio Chori censeatur immunis, nisi pro tempore, quo quis in proprii officij munere acta fuerit occupatus. Cùm Lectoribus

B auten

12  
autem, & Prædicatoribus Superiores ijs tantum diebus, quibus eos legere, aut prædicare contigerit, dispensare possint. Idem quoque præstare valeant cum ægrotis, & studiorum causa legitimè impeditis. In eos verò, qui negligentes, aut inobedientes fuerint, salutari pœnitentia Superiores animaduertant ad præscriptum Regulæ, & Constitutionum, alimenti etiam, si opus fuerit, subtractione.

Lectio sacræ Scripturæ, vel Casuum conscientiarum bis in hebdomada præscriptis diebus in singulis Monasterijs, & Conuentibus habeatur, ad quam fratres omnes conueniant, eaque absoluta, mutua collatione circa explicatam doctrinam sese vtiliter exercent.

Quo Tridentini Concilij Decreta de paupertatis voto custodiendo fidelius obseruentur, præcipitur, vt nullus ex fratribus, etiã si Superior sit, bona immobilia, vel mobilia, aut pecuniam, prouentus, census, eleemosynas, siue ex concionibus, siue ex lectionibus, aut promissis, tam in propria Ecclesia, quàm vtriusque celebrandis, aliòuè ipsorum iusto labore, & causa, & quocumque nomine acquisita, etiam si subsidia consanguineorum, aut piorum largitiones, legata, aut donationes fuerint, tanquam propria, aut etiam nomine Conuentus possidere possit: sed ea omnia statim Superiori tradantur, & Conuentui incorporentur, atque cùm cæteris illius bonis redditibus, pecunijs, ac prouentibus confundatur, quo communis inde victus, & vestitus omnibus suppeditari possit.

4 Neque superioribus, quicumque illi sint, licet liceat eisdem fratribus, aut alicui bona stabilia, etiam ad vsum, vel ad vsum, administrationem, aut commendam, etiam depositi, aut custodiæ nomine concedere.

5 Eorum

5. Eorum veró, quæ ad necessitatem concessa erunt, nullus quicquam possideat, vt proprium, neque vt proprio vtatur.

6. Qui in præmissorum aliquo deliquerit, pœnas, nêdum à Concilio Tridentino præscriptas: sed alias quoque multò grauiores, Superiorum arbitrio imponêdas, incurrat.

7. Nulla quorumcunque Superiorum dispensatio, nulla licencia, quantum ad bona immobilia, vel mobilia fratres excusare possit, quo minus culpæ, & pœnæ ab eiusdem Concilij Decretis impositæ, & ipso facto incurrendæ, obnoxij sint, etiamsi Superiores assuerent huiusmodi dispensationes, aut licencias concedere posse, quibus in ea re fidem minimè adhiberi volumus.

8. Fratrum vestitus, & suppellex cellarum ex communi pecunia comparetur, & omnino vniformis sit fratrum, & quorumcunque Superiorum, statuiq. paupertatis, quàm professi sunt, conueniat: ita vt nihil superflui admittatur; nihil etiam, quod sit necessarium alicui denegetur.

9. Quæcunque fratrum vestes, siue lanæ, siue linæ, omnisq. alia suppellex in aliquem commodum Conuentus locum deferantur, ibiq. ab vno, vel duobus fratribus huic muneri deputatis diligenter custodiantur, vt inde Superioris arbitrio, prout vnicuique opus fuerit, subministrari opportunè possint.

10. Omnes etiam Superiores, quicunque illi sint, eodem pane, eodem vino, eodemq. obsonio, siue eadem (vt aiunt) pirantia, in communi mensa prima, vel secunda, nisi infirmitatis causa impediti fuerint, vescantur, neque singulare aliquid, quo priuatim quisque in cibum vtatur, vllomodo afferri possit. si quis in ea re pec-

cauerit, nihil ea die alimenti percipiat, nisi panem & aquam.

11 Superiores omnes, etiam Generalis, qui redditus, aut præstationes peculiare ratione officiorum habent, eorum accepta, & expensa in libro distincto fideliter, & diligenter ad notari curent, neque in alios vsus, quam ratione officij sui necessarios, quicquam expendant. Cum verò contigerit ipsos in aliquo Conuentu commorari, eam pecuniæ quantitatem in commune conferant, ex qua sibi, & ijs, qui secum erunt, victus ad præscriptum Regulæ, & Constitutionum suppeditetur.

12 Nullus ex Superioribus locorum, administrationem bonorum, aut aliarum rerum, dispensationemque pecuniarum, & reddituum sui Conuentus, etiam nomine Conuentus, per se ipsum habere, siue exercere possit; sed vniuersum id onus tribus fratribus eiusdem Conuentus à Generali ita demandetur, vt vnus rerum, & bonorum, reddituumque colligendorum, ac exigendorum curam habeat: alter tanquam depositarius, pecunias, ac cætera ab illo collecta, & exacta fideliter afferuet: alius de pecunijs, & rebus à Depositario acceptis Priori, & Fratribus, ac Conuentui vniuerso de necessarijs, mandante tamen ipso Priore, non secundum proprium affectum, sed iuxta charitatis regulam, veluti bonus dispensator provideat, officiorum huiusmodi confusione penitus interdicta.

13 Cæterum hi tres tam impensi, quàm accepti singulis mensibus Superiori locali adhibitis etiam duobus, vel tribus fratribus eiusdem Conuentus probatoribus, rerumque vsu peritis, rationem reddant: Deinde ipsi met rursus, præsentibus Priore, & peritis prædictis, Generali,



nerali, cum aduenerint: denique ipse Generalis, in quo libet proximo Capitulo Generali saltem coram tribus iudicibus, ab ipso Capitulo ad hoc constitutis, illorum omnium, vniuersamq. suæ administrationis tam publicæ, quam priuatæ rationem reddere teneatur, cuius etiam exemplum authenticum ex actis Capituli describatur, ad hoc, vt ad omne mandatum nostrum, vel Sedis Apostolicæ Romam transmitti possit.

14 In vnoquoque Conuentu, fratrum is tantum deinceps constituatur, & imposterum retineatur numerus, qui ex redditibus illius proprijs, vel ex communibus consuetis, vel etiam singulorum elemosynis, alijs vè quibuscunque obventionibus in cōmune (vt præferatur) conferendis, commodè possit sustentari: redditus verò, & supradicta omnia in communi loco, ac tuto diligenter asseruentur.

15 Superioribus autem, ne Cōcilij Tridentini, aut hæc nostra Decreta declarare, interpretari, aut relaxare vllō modo possint, omninò interdiciamus, & prohibemus, discernentes irritum &c. Si quis autem cōtra præsumpserit attentare, is eo ipso omni gradu, officioq. priuatus, & ad ea perpetuò inhabilis existat.

16 Nullus nisi actu legat, vel prædicet, aliquo sui gradus priuilegio gaudeat.

17 Si alicui ex necessaria causa, Generalis iudicio probanda, socius ex eodem ordine, qui illi ministret, concedendus erit, is nisi vigesimum quintum agat annum, & qui communi seruitio sit deputatus, non concedatur, & si commodè fieri potest, sit laicus conuersus.

18 Vt omnis scādalarū, & vagationis occasio tollatur, Conuentus clausura perpetuò, ac diligenter seruetur,

Nulla in hac

ac propterea à Superiore Ianitor constituatur, qui diligētia, ac morum integritate maximè commendetur: is ianuam custodiendæ semper assistet, eamq. nemini fratrum aperiat, nisi socium, & exeundi licentiam obtinuerit.

19 Nullus à Conuentu egredi audeat, nisi ex causa, & cum socio, licentiaq. singulis vicibus impetrata, ac benedictione accepta à Superiore, qui non aliter eam concedat, nisi causa probata, sociumq. exituro adiungat, non petentis rogatu; sed arbitrio suo, neque eundem sapius. Licentiæ verò generales exeundi, nulli omninò concedantur.

20 Contrauenientes autem pœna graui, etiam carceris ad Superioris arbitrium plectantur; eandem etiã Ianitor lubeat, si sciens exeundi facultatem fecerit.

21 Cum autem quis in Conuentum reuertitur, Superiorem iterum adibit, benedictionem recepturus, qui à socio itineris rationē, & quid rei actum sit, diligenter perquirat.

22 Nullos fratres Romã venire Superiores præmittat, nisi prius à Generali, vel Protectore dumtaxat licentiam in scriptis impetrauerint.

23 Si quis autem sine huiusmodi facultate Romam venire præsumpserit, voce actiua, & passiua biennio priuatus existat, subiturus etiam alias arbitrato Superiorū infligendas pœnas. Quæ item omnia aduersus eos, qui supradictos admiserint, & receperint, sine vlla exceptione locum habeant.

24 Habeat Superior clauem ita fabrefactam, vt cum sibi videbitur cellas omnes referare possit, & propterea nullus cellam, etiam noctu ita claudat, quin semper a Superiore possit aperiri.

25 In medio Dormitorij totã noctē lampas colluceat.

26 Nullus

170  
26 Nullus etiã Superior cellas siue in clauſtro, siue alibi ſeparatas a cõmuni dormitorio habeat, ſed vnusq. vnica cella, eadem cum cæteris aliorum fratrum coniuncta, nudis omnino parietibus, ac lecto, & menſa humilibus, vniformiq. ſuppellectili ( vt præfertur ) quemadmodum Religioſos decet, contentus ſit. poſſit tamen Generalis alicui ex Superioribus Conuentuum, ſi eorũ muneris, & officij neceſſitatem id exigere cognouerit; alteram etiam cellam concedere.

27 Cellæ ſiue ediculæ, quæ extra dormitorio ſeparatim ſunt, ad officinas, aut alias ad communem vſum, & commoditatem Conuentus redigantur.

28 Sigillatim ſuo quiſque lecto cubet; neque vllibi duo eodem lecto dormire poſſint, qui omnes ad certam formam redigendi erunt.

29 In priuatis cellis nulli camini permittantur: ſed omnes obſtruantur ſtatim, cardinibus etiam è parietibus conuulſis, vt res illa non ad tempus facta, ſed perpetuo duratura videatur; cellis tamen Generalis, aut alterius Superioris, ac Prædicatoris exceptis.

30 Conuentus fenestræ omnes, quæ in vias publicas, aut in vicinas laicorum ædes proſpiciunt, muro ita obſtruantur, vt omnino is proſpectus impediatur.

31 Valetudinarium in ſingulis Conuentibus certo, ac ſalubriori loco conſtituatur, quod pro loci ſitu, ac fratrum numero, quoad fieri poterit, commodiſſimum eſſe poſſit, in quo fratres omnes, cum ægrotabunt, curentur, nec inde niſi recuperata ſanitate, abire permittantur. Qui verò infirmorum curæ præpoſiti ſunt, omni ſe dulitate, ac charitate operam ſuam præſtabunt, ac curabunt, ne quid ægrotis omnino deſit, quod ad ſanitatem recuperandam pertineat.

32. Ineatur ratio, qua, sublatis licentijs, ac facultati-  
bus hætenus quibuscunque concessis, degentes extra  
Conuentus claustra, ad ea quam primum reuocentur,  
nec de cætero, nisi ex grauissima causa à Sede Aposto-  
lica probanda, huiusmodi facultates concedi possint.

33 Nulli impofterum ad habitum, aut professionem  
admittantur, nisi in Conuentibus per Sedem Apostoli-  
cam in quolibet Prouincia deputandis.

34 Curent Superiores, vt constitutio interdicens lat-  
gitiones munerum, & præscribens hospitalitatis for-  
mam ab omnibus in quolibet Conuentu inuiolabiliter  
obseruetur.

35 Vt omnis officiorum ambitus occasio præcluda-  
tur, caueant, omnes à directa, vel indirecta vocum, seu  
suffragiorum procuracione, tam pro seipsis, quàm pro  
alijs, tum in Capitulis locorum, tum in cæteris præfer-  
tim Generalibus Capitulis, aut Congregationibus, seu  
alibi. Quicumque secus fecerint, præter alias pœnas, &  
censuras hætenus contra huiusmodi ambientes infli-  
ctas, quas in suo robore permanere volumus, in pœnã  
priuationis officiorum, quæ obtinent, eo ipso incidât,  
& ad futura quæcunque pariter inhabiles habeantur,  
super quo cum eis dispensari à nemine possit, nisi à No-  
bis, vel successoribus nostris, & pro qualitate culparum  
grauius et læ plectantur. Porro ceteras omnes pœnas  
ad complices, ac simpliciter scientes, & non reuelan-  
tes extendimus.

36 In Superiorum, & Officialium omnium electio-  
nis forma præscripta à sacro Conc. Trid. & Ordinis cõ-  
stitutionibus inuiolabiliter seruetur, iurentq. Electores  
secundum veritatem cuiusque conscientie probiores,  
ac magis idoneos se electuros, ac propterea priusquã ad  
electio

174

electionem deueniatur, in primis & ante omnia prælegantur constitutiones de qualitate, & requisitis eligendorum. Ad officia, gradus, & Prælaturas illi præcipuè eligantur, qui possint, & consueuerint regulas Ordinis, & Constitutiones obseruare, præsertim quæ pertinent ad seruitium Chori, ac vestitum, & victum communem.

37 Eligantur in Capitulo Generali, vel Prouinciali aliquot graues, & periti ex fratribus cuiuslibet Prouinciæ, saltem tres, qui admittendos ad prædicationem uerbi Dei, vel, ad audiendas confessiones etiam ipsorum fratrum, ac Lectores publicos diligenter simul examinent, priusquam probentur, & ad huiusmodi ministeria admittantur. Horum etiam curæ sit examinare, & probare, tam quoad doctrinam, quàm quoad mores, promouendos ad quoscunque Ordines, in quo seruetur decretum Congregationis interpretum sacri Concilij Tridentini, hac de causa nuper editum, & promulgatum.

38 Illud porro Superiores omnes in Domino admoneamus, ut memores sint rationis quæ in nouissimo die reddiri sunt pro grege sibi commisso, ac propterea omnifstudio inuigilent, ut quæ in eorundem Ordinum Regulis, & Constitutionibus de oratione mentali, silentio, ieiunijs, Capitulo culparum, alijsq. spiritualibus exercitijs prudenter, ac piè sancita sunt, ea omnia, & singula ad vnguem obseruentur, intelligantq. super his veluti fundamentis omnium Religionum ædificia construenda, & amplianda esse, quæ ut faciliorem exitum fortiantur, & fructus ubertiores in animis fratrum producant, valde opportunum erit, si in quolibet Conuentu, singulis hebdomadis habeatur sermo de religiosa disciplina, regulariq. obseruantia.

39 Quoverò omnia ordinatè peragantur appèdatur tabella



in loco conspicuo vniuscuiusque Conuentus, in quâ di-  
stincte adnotetur quid singulis horis cuiusque diei qui-  
libet frater præstare debeat, vt certo quoque signo præ-  
monitus, maiore animi præparatione suo numeri satisfa-  
cere possit. Quæ Ordinis Constitutiones, his Decre-  
tis non aduersantur, inuiolatè custodiendæ erunt.

40 Quibus horû Decretorum capitibus certa pœna  
præscripta non est, arbitrio Generalis, vel alterius im-  
mediati Superioris infligatur. Vt autem hæc Decreta  
(donec alia, quæ pleniorè reformationem facient,  
edantur) ab omnibus obseruari possint, distriçtè præci-  
pimus Generalibus, ac omnibus alijs quibuscunque Su-  
perioribus, ad quos hoc spectat, vt curent, ac efficiant,  
ea omnia inter alias eorundem Ordinû Constitutiones  
perpetuò valituras redigi, interdicta omnino eorum sin-  
gulis facultate illas declarandi, & aduersus eas vnquam  
dispensandi. Alioquin sciant se in pœnam Generalita-  
tus, & officiorum priuationis, ac inhabilitatis perpe-  
tux ad alia quoque munera ipso facto, & sine vlla excep-  
tione respectiuè incidisse.

41 Ne verò prætextu dilatæ publicationis eorum ob-  
seruatio, quoquomodo differri possit, aut impediri, vo-  
lumus, vt post illorum publicationem in Conuentu, vel  
Monasterio cuiuslibet Ordinis de Vrbe factam, Genera-  
lem, aliosq. Ordinum Superiores, cæterosq. quoscunque  
fratres præsentés, statim: reliquos verò absentes citra  
montes, vnus mensis, vltra montes, trium mensiû spa-  
tio ita arçent, ac si eorum singulis personaliter intimata  
fuissem.

42 Insuper mandamus, quò Generales in singulis Con-  
uentibus citra montes, vnus mensis, vltra verò montes,  
trium mensium cursu Decreta supradicta publicari fa-  
ciant,



172  
ciant, sub pœna priuationis Generalatus, alijsq; arbitrio  
nostro impenendis. Datum Romæ apud Sanctum Pe-  
trum die 25. mensis Iunij 1599.

**D**ecretum illud, quo Fratres Romam petere cum  
Generalis, & Protectoris licentiâ duntaxat permis-  
sum est, Sanctitas Sua extendi ad Prouincialem de-  
creuit, ita vt Prouincialis ipse ex causâ communi totius  
Prouinciæ duntaxat facultatem huiusmodi facere va-  
leat, declarauitq; pœnam priuationis vocis actiuæ, &  
passiuæ contra facientibus inflictam Sanctitati Sux re-  
seruatam esse, interdicta omnino eorum Superioribus  
singulis, etiam Generali, ac Protectori facultate illam  
moderandi, ac relaxandi. Datû Romæ die 20. Martij 601.

*Decretum fel. rec. Clementis Papa Octa-  
ui, super casuum reservatione ab omni-  
bus Regularium Superioribus  
observandum.*

**S**anctissimus Dominus noster, qui iam pridem accu-  
ratè perpendit, ac re ipsa comperit, quod reservatio  
facultatis absoluendi Religiosos pœnitentes à pec-  
catis quibusdam grauioribus, nisi Superiores ad modû  
prudenter, ac moderatè illa vtantur, nonnullos infirmio-  
res, qui interdû Superiori suo cõsciētia maculas de rege-  
rè formidâr, adducere posset in æternæ dånationis peri-  
culum, & spiritualis remedij desperationẽ; Ideo, vt huic  
malo Sãctitas Sua opportunè pro spiceret, decreuit, vt  
nemo ex Regulariû Superioribus, peccatorû absolutio

nes sibi referuet, exceptis ijs, quæ sequuntur, aut omnibus, aut eorū aliquor, prout subditorum vtilitati expedire prudenter in Domino iudicauerint.

Beneficia, Incantationes, Sortilegia.

Apostasia à Religione, siue habitu dimisso, siue retento, quando eo peruenerit, vt extra septa Monasterij, seu Conuentus fiat egressio. Nocturna ac furtiua è Monasterio, seu Conuentu egressio, etiam non animo apostatandi facta.

Proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale. Iuramentum falsum in iudicio regulari, seu legitimo.

Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animatū foetum, etiã effectu nō sequuto.

Falsificatio manus, aut sigilli Officialium Monasterij, aut Conuentus. Furtum de rebus Monasterij, seu Conuentus in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale.

Lapsus carnis voluntarius opere consumatus.

Occisio, aut vulneratio, seu grauis percussio cuiusque personæ.

Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut aperitio literarū à Superioribus ad inferiores. & ab inferioribus ad Superiores.

Si quod aliud præterea peccatum graue pro Religionis conseruatione, aut pro conscientie puritate reseruandum videbitur, id non aliter fiat, quã Generalis, Capituli in toto Or dine, aut Provincialis in prouincia matura discussione, & consentu.

Non liceat Superioribus Regularium confessiones subditorum audire nisi quando peccatum aliquod referuatū admiserint, aut ipsimet subditi spontè, ac proprio motu id ab ijs petierint.

Superiores in singulis domibus deputent duos, tres, aut plures Confessarios, pro subditorum numero maiori vel minori, ijq. sint docti, prudentes, ac charitate peccati, qui à non referuatis eos absoluant, & quibus etiam referuatorum absolutio committatur, quando casus occurrerit, in quod eam debet committi ipse in primis Confessarius iudicauerit.

Tàm Superiores pro tempore existentes, quã Confessarij, qui ad Superioritatis gradum fuerint promoti, caueant diligentissimè, ne ea notitia, quàm de aliorum peccatis in confessione habuerunt ad exteriorem gubernationem vrantur.

Licebit tamen Superioribus determinare pœnitentias graues quibusdam peccatis, etiam non referuatis à Confessarijs imponendas, quæ subditos ab huiusmodi perpetrandis cohibere possint.

Atque ita per quoscunque Regularium Superiores, quicunque illi sint, obseruari mandauit. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac cuiusuis Concilij, etiam generalis Decretis, nec non consuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore obseruatis, aut Regulis in generalibus, seu prouincialibus Capitulis, editis, statutis, & Constitutionibus etiam Apostolica auctoritate confirmatis, priuilegijs, indultis, & concessionibus quorumcunque, quorũ tenores hic expressis haberi voluit, cæterisque in contrarium facientibus quibuscunque. Dat. Romæ apud S. Petrum die 26. mensis Maij, anno Domini 1593.

Sãctitas Sua deinceps declarauit & declarat, vt si huiusmodi Regulariũ Cõfessarijs casus alicuius referuati facultatẽ petẽtibus Superior dare noluerit, possint nihilominus Cõfessarij illa vice pœnitẽtes Regulares, etiã nõ obtenta à Superiore facultate, absoluere.

*Formula concedendi facultatem pro Nouitijs ad regularem habitum recipiendis in Monasterijs, & locis designatis.*

**S**ANCTISSIMUS IN CHRISTO PATER, & D. N. D. CLEMENS  
Diuina prouidentia Papa Octauus cū regulare disciplinā restituere, atque in pristinum statū reuocare maximē cuperet, regularesq. omnes, vitam, moresq. suos ad rationem eius instituti, quod quisq. professus esset, ita componere, vt quæ ad votorum vim, habitū victumq. communem pertinent, ea potissimum singuli religiosissimè obseruarent, generali Decreto, quòd de mense Iunij editum, tertii Iulij anni 1599. promulgatū fuit, Ordinum Religiosorum Superioribus, (nonnullis exceptis) prohibuit, ne aut Nouitios reciperent, aut quenquam ad professionem ante admitterent, quàm à Sanctitate Sua Monasteria aliquot ad eam rem præscripta essent, in quibus obseruantia regularis vigeret. Nūc verò eadem Sanctitas Sua à locorum etiam Ordinarijs, quibus id muneris demādauerat, certior facta, in infra scriptis Monasterijs, & Conuentibus Ordinis N. præfinitum esse numerum duntaxat eorum, qui vel ipsius Monasterij cōsibus, vel cōsuetis elemosynis sustentari ibi cōmodè possunt, atque in ijs omnia fideliter obseruari, quæ sunt cū illorū professionis perfectione cōiuncta nēpè castitatis, paupertatis, & obedientiæ vota, vnā enī cæteris decretis particularibus, vel instituti ipsius, vel Pontificijs etiam ad victum, vestitumq. communem spectantibus (ipso Decreto, vt supra, edito, & promulgato, nequa-

quaquam obstante) potestatem facit Superiori eiusdē  
 Ordinis Nouitiatus in infrascriptis Monasterijs, & Con-  
 uentibus erigendi, Nouitios recipiendi, educandi, atque  
 ad professionem admittendi, modo tamen id ad præ-  
 scriptum instructionis iussu Sux Sanctitatis editum, ne-  
 que alio modo fiat. Quoniam verò ea est Sux Sanctita-  
 tis mens, & voluntas, vt in Monasterijs, & Conuentibus,  
 ad alēdos Nouitios præfinitis, regularis obseruantia per  
 petuò retineatur, mandat, & præcipit, vt in ipsis præ-  
 scriptus iam personarū numerus in posterum seruetur,  
 nullusq. omnino Superior cuiusuis conditionis, perso-  
 narum, & Nouitiorum numerum augere præsumat, ea  
 pœna proposita, vt in omnibus priuatus officijs, vocis  
 actiua, & passiuæ ius omne amittat. Vult denique San-  
 ctitas Sua huiusmodi facultatem per Congregationem  
 Reformationis Apostolicæ hoc Decreto Secretarij ma-  
 nu subscripto concedi, non obstante Decreto, vt supra  
 promulgato. Dat. Romæ die, &c. Præscribitur verò  
 numerus Sacerdotū ..., Cl-ricorū ..., Nouitiorū ...,  
 Conuersorum autem ...

*N. Visitationis, & Reformationis  
 Apostolicæ Secr.*

*Decretum super forma recipiendi Novi-  
 cios Regularium ad habitum,  
 & professionem.*

**S**anctissimus in Christo Pater, & D. N. D. Clemēs Di-  
 uina prouidētia Papa viij. quia alias pro Regularis dis-  
 ciplinæ restitutione, singulis regulariū Ordinibus

( quibusdam exceptis ) prohibuit, ne ad Regularem habitum Nouitios in posterum reciperent, receptosvè ad professionem admitterent, quosque in aliquibus cuiusvis Ordinis Monasterijs, seu Conuentibus ( in quibus Nouitiatus pro recipiendis, & educandis Nouitijs designaretur, & approbarentur ) ad eius, quam professi sunt, Regulam præscriptam, vitam, moresq. restituerent, & componerent; certior deinde factus quosdam omnium ferè Ordinum Conuentus, seu Monasteria ad pristinam illam regularem viuendi formam, & disciplinam, quam diutius desiderauerat, fuisse redacta: in eisdem Monasterijs, & Conuentibus, vt Nouitiatus erigi, Nouitijq. recipi possent, ( sub certis tamen legibus, ac ea præsertim, vt licentia à Congregatione Reformationis Apostolicæ prius obtenta esset, ) concessit, & ad illa designauit, & approbavit. Nunc volens, vt ea, quæ pro Nouitiorum receptione, & institutione, de mandato Sanctitatis Sux præscripta fuerunt, in posterum accuratius, & exactius obseruentur, ultra formam traditam in Constitutionibus fel. rec. Sixti Papæ V. & etiam Sanctitatis Sux super receptione Nouitiorum, decreuit, ac præsentis Decreti virtute mandauit, ne in Conuentibus, seu Monasterijs ad Nouitios recipiendos, de Sanctitatis Sux, seu dictæ Congregationis Reformationis licentia hætenus designatis, & approbatis, seu in posterum designandis, & approbandis, Nouitij ad habitum recipi vllatenus possint, vel admitti, nisi prius ab ipsa Congregatione, vel à proprijs locorum Ordinarijs, aut ab illis, in quorum dicecesi Nouitiatus existunt, in quibus Nouitij recipiendi fuerint, expressè, & nominatim Nouitij ipsi recipiendi approbati fuerint, & vt recipi, & admitti possin, licentiam in scriptis ) gratis tamen in omnibus, etiã quoad scriptu-



rām concedendam ) obtinuerint. Monet autem Sanctitas Sua eosdem Ordinarios omnem curam, & diligentiam adhibere, vt circa æratem, conditionem, educationem, scientiam, vitam, & mores, ceterasq; qualitates in ipsi Nouitijs requisitas, obseruentur institutiones pro illis recipiendis ab eadem Congregatione Reformationis factæ, & publicatæ, neque aliter, nec alio modo aliquem ad habitum recipi permittant: Ordinarium ipsorum conscientiam, onerando, si quempiam approbauerint, vel admitti permiserint, qui non sit idoneus, & iuxta constitutiones, & institutiones prædictas, approbandus, & admittendus. Firmis nihilominus remanentibus pœnis omnibus contra Superiores quorumcunque Ordinum, qui, in admittendis ad habitum, & professionem, Nouitijs, formam constitutionum, & institutionum prædictarum non serauerint, aut Nouitium aliquem quantumuis idoneum, & approbatum, in quouis alio Conuento & loco, seu Monasterio, præterquam in hætenus à Sua Sanctitate, vel à dicta Congregatione designatis, & approbatis, seu impofterum designandis, & approbandis, vel ultra numerum in eorum singulis præscriptum, seu præscribendum receperint, vel admiserint, seu aliàs præmissis quouis modo contrafecerint. Irritum ex nunc, & inane decernens quicquid secus, vel aliàs, quauis auctoritate à quouis gestum, vel attentatum fuerit. Non obstantibus quibuscunque, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, die 19. Maij 1602. Pontificatus eiusdem S. D. N. Anno Vndecimo.

D *Institi-*

*Institutiones super receptione, & educa-  
tione Nouitiorum Religiosorum Mona-  
sterijs, & Conuentibus designatis,  
vel designandis Clementis eius-  
dem iussu editæ.*

**C**VM ad regularem disciplinam in singulis Re-  
ligiosorum Monasterijs propagandam, Nouitio-  
rum institutio maximè utilis sit, ac necessaria, &  
nihil ad grauem illam, ac laudatissimam præcorum  
Patrum viuendi rationem relaxandam maiorem vim  
habuisse compertum sit, quàm, vel nimiam in recipièn-  
dis Nouitijs facilitatem supra numerum, quem cape-  
re atque alere Monastria ipsa possent, vel negligentiam  
in probando, & examinando eorum spiritu, an verè ef-  
fet ex Deo, atque ex præcipuo desiderio illi inseruien-  
di, vel denique incuriã in eis educandis, atque instituen-  
dis. Idcirco, vt huiusmodi incommodo deinceps oc-  
curratur, præcipitur omnibus, & singulis ad quos spe-  
ctat, vt in recipiendis Nouitijs, & in eorum institutio-  
ne, atque educatione, nec non in magistri, & aliorum mi-  
nistrorum electione, præter alia, quæ in sacri Canoni-  
bus, ac Decretis præsertim Concilij Tridentini, Ponti-  
ficijs, & cuiuscunque Ordinis, aut instituti constitutio-  
nibus continetur, tam in alias designatis, quàm nunc,  
& impostorum ad hoc designandis Monasterijs, & Con-  
uentibus, hæc quæ sequuntur, inuiolatè obseruari, &  
exequi perpetuò curent.

Primum,

Primum, quòd attinet ad Nouitiorum recipiendorum formam, vltra diligentem perquisitionem, quæ habenda erit de vniuscuiusque natalibus, corporis habitudine, moribus, & vita ante acta, ac præcipuè eorum, qui sextumdecimum ætatis suæ annū excedent, an criminosi, an ære alieno grauari, vel reddendæ alicuius administrationis rationi obnoxij sint, iuxta formam constitutionis fel. rec. Sixti V. & moderationem subsequatarum: illud etiam Superiores, ad quos spectabit, sedulo perquirant, vt, quibus in Monasterijs, & Conuentibus, ex Apostolica facultate Nouitiatus fuerint instituti, in ijs ad Religionem nullus in posterum admittatur, qui, & ex honestis parentibus natus non sit, & conditiones factis Canonibus, Summorumq. Pontificum constitutionibus præscriptas non habeat, iuxta Decretum super forma recipiendi Nouitijs die 19. Maij 1602. editum.

Quisque recipiendus in aliquo Ordine Regulari, etiam Mendicantiū, in ea sit ætate constitutus, quā eius Ordinis, in quo recipietur regularia instituta, & ordinationes requirūt; eam vero literarum scientiam calleat, aut illius addiscendæ spem indubia præferat, vt minores, & sui temporibus, maiores Ordines, iuxta Decreta Sacri Concilij Tridentini suscipere valeat. Sed si quis annum vigesimum quintum excedens ad habitum regularem admitti postulauerit, & talis eruditionis expertus inuentus fuerit, in Conuersorū tantū, quibus literarū scientia non est necessaria, numerū referatur: ipsi autem Conuersi non recipiantur ante vigesimū ætatis suæ annū: & nisi saltem præcipua Doctrinæ Christianæ capita nouerint.

Demū Superiores diligenter exquirant, quo spiritu, qua mente, ac volūate id regularis vitæ genus elegerint

rint, quem sibi finem proposuerint, num zelo melioris  
frugis, ac perfectioris vitæ, & vt Deo liberius famulari  
possint, an potius leuitate, vel humano aliquo affectu,  
aut in ordinato animi ducantur, & an eorum parentes  
ope, & subsidio ipsorum indigentes destituantur.

Prouideant quoque, vt omnes, etiam conuersi reci-  
piendi: priusquam ad habitum regularem admittantur,  
ab ijs quibus munus hoc incumbit, de regula, quam pro-  
fessuri sunt, tribus votis essentialibus, statuq. regulari,  
& alijs cuiusque Ordinis peculiaribus institutis, & cõsti-  
tutionibus diligenter instruantur. Et quia quarundam  
Religionum moris est, nedum Cõuersos ad professionem  
admittendos, verum, & oblatos, vt vocant, recipere, circa  
ipsorum oblatorum receptionem vnaquæque religio suas  
peculiares Constitutiones, specialiaq. instituta obserua-  
re teneatur.

Satim atque Nouitij ad habitum recepti, & in locum  
Nouitatus introducti fuerint, per generalem omnium  
peccatorum confessionem totius anteacta vitæ con-  
scientiam discutiant, & expurgent.

Quod verò ad loci qualitatem vniuscuiusque Noui-  
tatus spectat, locus huiusmodi propria clausura ab ea  
parte Cõuentus, & Monasterij, in qua degunt professi,  
segregatus sit, atque distinctus, habeatq. tot ad dormi-  
endum cellulas separatas, quot erunt numero Nouitij, vel  
dormitorium ita capax, vt pro singulis singuli lectuli cõ-  
modè sterna possint, in quo etiã cellula vel certus, ac de-  
terminatus locus pro Magistro, eiusq. socio reperiatur.

In eo etiam, præter alias communes commoditates,  
aptus locus adit ad spirituales collationes, seu conferen-  
tias, faciendas ac lectiones, instructionesq. Magistri au-  
diendas, & in quæ hyemis tempore ad calefaciendum se-  
igne cõmuni recipiant.

Orata-

Oratorium in super, seu Cappella, si comomdè fieri poterit, ad Nouitios in spiritualibus, præsertim in ceremonijs Ecclesiasticisq. functionibus exercendos.

Hortus quoque peculiaris ad honestâ recreationē benè cõclusus, atque munitus adsit, sin minus, hoi tũ ceteris Fratribus cõmunē recreationis tẽpore ingrediantur. Iphis verò Nouitijs ibi commorantibus, curabit Magister cum loci Superioris auctoritate ( si opus fuerit ) ne in eundem quisquam alius ingrediatur.

Ad huiusmodi locum Nouitiatus nemini eiusdẽ, vel alterius Ordinis regulari etiã Conuētus, & Monasterij Officiali, vlllo vnquam tẽpore sub quouis prætextu aditus pateat, præterquam Magistro, eiusq. socio, ac etiam Monasterij, aut Conuentus Supetiori, si quando cũque ingrediendum sibi necessariò existimauerit, quo tamen casu aliquem semper ex senioribus Conuentus, vel Monasterij Patribus socium assumat.

Huius loci clausurã, clavis apud Magistrũ semper aseruetur, illiq. soli liceat ex graui tãtũ causa ingressum il luc alicui permittere: si quis autẽ Nouitiorũ quẽ piã allo qui voluerit, Magistro præsentì, & nõ aliter alloquatur.

Nouitiorũ Magistro socius, si per Nouitiorũ instruendorum multitudinẽ necessarius fuerit, vita, & moribus (quoad fieri poterit) consimilis deputetur, qui in his quæ ad Nouitiatus regimẽ spectant, dicto Magistro immediatè subiectus existat, eligãturq. tam Magister, quàm socius per Provinciale Capitulũ, per trienniũ ad minus onus huiusmodi subdituri. Quòd, si aliquo casu extra tempus capitulare noua loca Nouitiatus concedi contingat, tunc electionem Magistrì Nouitiorum, & socij huiusmodi in his nouis locis per Generalẽ, vel Prouincialem, seu Ministrum, aut eorũ Visitatores, seu Vicarios, de Diffinitorũ tamẽ, vel grauiorũ aliorũ Patrũ

cōsensu fieri permittatur: idemq. seruetur, si intra trien-  
niū alterū, vel utrūq; vrgēti aliqua de causa ex illis locis  
amoueri, vel mori contigerit, in cuius, vel quarū locū  
ali; consimiles subrogari debeant.

Tām Nouitiorū Magister, quā socius ab ijs omni-  
bus officijs, oneribusq. vacationem habeant, quæ No-  
uitiorū curam & regimen impedire valeant. Ipse Ma-  
gister sacerdotali ordine sit initiatus, ac in quinto sal-  
tem supra trigessimū ætatis suæ anno constitutus, & per  
decenniū à professione emissa in religione perstiterit:  
Socius verò trigessimū annū excedat, sintq. ambo do-  
ctrina, & quantū per Superiorū diligentiam, & vires fie-  
ri poterit, vitæ etiam antea ex exemplo præstantes, ora-  
tionis præterea, & mortificationis operibus additi, pru-  
dētia, charitateq. referti, nō sine affabilitate graues ze-  
lū Dei cū mansuetudine præferētes: ab omni cordis,  
ac animi perturbatione, ira præsertim, & indignationis,  
quæ in se, & erga alios charitatem impedire cōsue-  
rūt: quam lōgissimē alieni, & tales demū, qui in omni-  
bus seipso bonorū operū exemplū præbeant, vt ij, qui-  
eorū curæ subsumunt, illos nō tam metuant, quā reue-  
reātur, nec illis vquam detrahere quicquam possint.

Habere etiam Magister plenam & absolutam potes-  
tatem circa Nouitiorū institutionem, ac Nouitiatu re-  
gimē, ita vt illis nemini (Visitatoribus, ac Superioribus  
maioribus, vel etiam localibus exceptis) quouis colo-  
re se ingerere liceat.

Curā adhibeat diligētem, vt Nouitij omnes in re-  
gulari disciplina sedulo exerceantur, agnoscantq. præ-  
cipuē diuinæ, qua digni facti sunt, vocationis præstan-  
tiam, & excellētiā, quæ vera sit atque perfecta votorū  
solemniū, & quā necessaria cuiusque Ordinis consti-  
tutio-



178

tutionū obseruātia, modū in oratione, tū vocali, tū mē-  
tali fructuosē persistēdi, illicitas passiones, & vitia ( ad  
quæ naturæ per peccatū labefactata omni tempore pro-  
na est, atque procliuus ( per sensuū custodiam, & morti-  
ficationem cohibēdi, austeritatem, ieiunia, cilicia, disci-  
plinas. cōsciētix puritatem, crebram illius discussio-  
nem, Sacramentorū frequētiā, cōfessionis præsertim,  
quæ bis saltem singulis mēribus fiat, per aperitionem  
quotidianam motuū interiorū, cordis, & tētationum  
manifestationem, per exercitiū humilitatis circa vilio-  
ra ministeria, per modestiā in omnibus actionibus, diu-  
tiumq. silentiū.

Quilibet Nouitius vi quotidie orationi mētali, & vo-  
cali incūbat vnusquisque secundū propriam capacita-  
tem, & ordinem sibi à Magistro præscriptū, ac pluries  
in die propriam cōscientiam vnusquisque examinare  
cōtendat. Ipsū autem Magistro soli Nouitiorū confes-  
siones audiēdi cura committatur. Liceat tamē Supe-  
riori, etiam locali, si ita expedire iudicauerit, vel per  
seipsum, vel per aliū ab eo deputandū, semel, aut bis in  
anno eorundem Nouitiorum confessiones audire.

Quotidie Missæ sacrificio intersint, & statutis horis  
in Choro, nocturnis, diurnisq. diuinis Officij assistāt.

Exercitationibus etiam corporalibus vacent, legāt,  
vel scribant res spirituales, mod estam animi recreatio-  
nem interponant, quæ in solitario loco, & commodo  
extra Nouitiū semel in hebdomada, vel in alternis sal-  
tem hebdomadibus longior statuatur, fiatq. semper Ma-  
gistro præsentē, vel socio, qui multum inuigilēt ne duo  
ab alijs commorentur disuncti, atque eo tēpore, cuius  
que, in quā natura feratur, propensionē scrutentur.

Non liceāt eis, durante Nouitiatus. & probatio-

nis tempore, vna cum Professis, nisi in Choro, in ecclesia tēpore officiorū, in processionibus, aut in cœnaculo causa refectiois commorari, nec permittatur eis Professos domo exeuntes comitari.

Pro cōmunibus, & proprijs cuiusque necessitatibus, quæ accidere possunt, vnus ex Nouitijs, ipsis ætate, moribusq. prouectior deputetur, qui absente socio, Magistro permittēte, omnia, prout opus fuerit, agat, cui etiam ianuarum custodia, & rerū leuioris momenti prouisio intra Nouitiatum committi poterit.

Cū autem, licet Clericorum bene instituēdorū cura debeat esse præcipua, Cōuersorū tamen religiosa instructio non sit prætermittēda, quin potius æquanimiter amplexāda, quando quidē satis exploratū est, isto rē etiam, cum regulam profiteantur eandem, perfectā educationem, tū religioni decorem, & ornamentū, tū alijs Christi fidelibus ædificationē, exemplū, atque utilitatem afferre. Conuersis ipsis à Clericorū Nouitiatu se paratus ad dormiendū locus (quantū commodè fieri poterit) assignari præcipitur, Illi tamē hac separatione non obstante Magistro Nouitiorū, seu Superioribus Monasteriorū, & Cōuentuum iuxta cuiusque Ordinis Statuta, & Cōstitutiones subditi esse, & obedientiam præstare debebūt, à quo non tantū circa corporalia obsequia probādi & exercēdi verum etiam, pro eorū capacitate, & commoditate, de spiritualibus, præsertim de modo mētali ter orādi, diligēter instruēdi erunt, quod vt commodius fiat, ad Capitula, & spirituales Conciones, quæ Magistros Nouitijs fieri solent, accersiri debeant, & in ecclesijs statutis horis eōueniant, nisi tunc in suis officijs actualiter occupati fuerint.

Tempore vero probationis elapso, ij tantū, qui nō  
solum

solam religioſe perfectionis capaces: Sed ad laborē cor  
poralē apri nouo, ac dillgenti examine reperti fuerint  
(dummodo atatis ſuæ annum, quo ad Clericos deci  
mum ſextum, quo uero ad Conuerſos, uigefimum pri  
mū exceſſerint) ad profeſſionem admittantur. Sed qui  
ad Conuerſorum habitum recepti fuerint, ad Clerico  
rum ſtatum tranſire, etiam durante tempore probatio  
nis, non poſſint.

Superior cuiuslibet Conuentus, in quo Nouitiatus  
fuerit conſtitutus, particularem librum habeat, in quo  
vniuſcuiusque Nouitij profeſſio regiſtretur, illamq. No  
uitius profeſſus propria manu, & duo teſtes, qui præſen  
tes fuerint, ſubſcribant.

Conuerſus uero literarum ignarus, profeſſus, in eo  
rundem teſtium, qui ſe ſubſcripſerint, præſentia pro  
pria manu ſignū Crucis apponat, aſſerueturq. liber. &  
cuſtodiatur in Archiuo, ubi ſcripturæ ad Monafteriū,  
ſeu Conuentum pertinentes reponi conſueuerunt.

Quia uero in quibuſdam Ordinibus filiationis uſus  
eſt receptus, declaratur, quòd licet decretum ſit, ut No  
uitijs educandis cetera Monafteria, aut Conuentus deſi  
gnata quilibet Ordo habere debeat, licitum tamē ſit Su  
perioribus Monafteriorum. & Conuentuum huiusmo  
di Ordinum, in quibus filiationis uſus receptus eſt, eos  
quos prænarraſſis qualitatibus ſuffultos reperrint, in ſuo  
rū locorū filios iuxta cuiusque Ordinis cōſtitutiones,  
adſcribere, ſicq. adſcriptos, cum iuxta præſentes Inſtitu  
tiones, & aliàs ſeruatis ſeruandis, ad Ordinē recepti fue  
rint, ad loca Nouitiatum cum teſtimonialibus literis  
transmittere, ubi tanquam dictorum Conuentuū, ſeu  
Monafteriorum filij, eorundem nomine, & inſtantia re  
cipi, ac in Nouitiatu probari, & deinde antequam ad ea

dem Monasteria seu Conuentus filiationis huiusmodi  
remitantur, in professorio ad perfectionem, vt permis-  
sum est, exerceri debebunt.

Porro, ne loca vnius Monasterij, seu Conuentus ab  
alio præoccupentur, Capituli generalis, aut provincia-  
lis partes erunt, numerum præscribere pro omnibus, & q  
eam similiter rationem circa alimentorum contributio-  
nem (si opus fuerit) inire, ac singulis Conuentibus, &  
Monasterijs præscribere, quæ magis expedire videbitur.

Vt autem Nouitij iam in Professorum numerum  
(sicut præmittitur) recepti mens in bono spiritu, regula-  
risq; disciplinæ obseruantia stabiliantur, & confirma-  
tur, mandatur, vt statim post professionem emissam, si  
in Conuentibus, aut Monasteris pro Nouitijs ab sig-  
natis locus aderit secundi Nouitiatus, siue Professorij,  
ab ea, quæ Nouitiorum est, atque antiquorum Professio-  
rum habitatione distinctus, & segregatus, ibi collocen-  
tur, si Monasterium, aut Conuentus eos alere queat, sin-  
minus, in alium commodiorem Conuentum, aut Mo-  
nasterium transferantur, in quo is locus cum requisitis  
ad Nouitiatum supranatratis reperiatur, vel accommo-  
detur, aut de nouo construatur.

Ab hoc tamen ille Religiones excipiuntur, quæ sua  
rum constitutionum, seu institutorum vigore maioris  
temporis cursu novos professos intra Nouitiatum deti-  
nere consueverunt, quibus in hac parte non derogatur,  
illis tamen permittitur, vt prædictis earum constitutio-  
nibus non obstantibus, id ipsum facere possint, si id ra-  
tioni, ac Religioni magis expedire diiudicauerint, qui-  
bus in locis degant sub regulis, & modo viuendi adhuc  
arctiori, quam seruent antiquiores professi, ita quod in  
negotijs Monasteriorum, aut Conuentuum non se in-

mittete, nec communibus tractatibus interesse, neque alicuius exterioris obedientiae officium exercere debeant, ibique permaneant, quousque ad aetatem sacris Ordinibus suscipiendis sufficientem deuenerint, vel saltem per triennium post professionem, quo etiam tempore poterunt quinimo, & debent litterarum studiis operam nauare sub directione, ac regimine Superioris, qui eas qualitates habeat, quibus Nouitorum Magistrum praeditum esse oportere dictum est.

Declaratur tamen, quod propter praemissa non censetur concessa licentia recipiendi Nouitios, nisi in locis pro Nouitiatu designatis, aut in posterum designandis, & pro numero dumtaxat in eorum singulis praescripto, vel praescribendo.

Denique si illi qui inter Religiosos gradu, & ordine Superiores sunt, & alii, ad quos spectat, in praedictis omnibus, vel eorum aliquo deliquerint, seu quouis modo contrafecerint, officiorum omnium, quae tunc obtinebunt, priuationem, grauioremque promodo admissae culpaepenas, se subituros certo sciant. Datum Romae apud S. Petrum die 19. Martij 1603.

Ant. Seneca Refor.<sup>nis</sup> Apost.<sup>ca</sup> Sec.

Anno Millesimo sexcentesimo vigesimo-quarto, Indictione septima, Pontificatus autem Sanctissim Domini N. D. Urbano Diuina prouidentia Papa VIII.

anno

anno eius Secundo, die vero wigesima sex  
ta mensis Octobris, supradicta Decreta  
tam Sacrae Congregationis Cöcilij, quam  
san. mem. Clemen. VII I. affixa, &  
publicata fuerunt ad Valuas Basilica-  
rum Sancti Ioannis Lateranen. & Prin-  
cipis Apostorum; nec non in acie Cam-  
pi Floræ, ut moris est, per nos Camillum  
Fundatum, & Iulium Margitellium  
Cursores Sanctissimi.

Brandimartes Latinus Pro. m. gistro DD. Curse.





181

